

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1400. usque ad annum 1415 - Unacum Dissertatione  
Præliminari Ad Historiam Sæculi XV.

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1767**

**VD18 90118286**

§. 134. Colloquium Deputatorum cum Cæsare.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66281](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66281)

**Sæcul. XV.** gundiæ Dux omnino ratas habuit. Vi  
**A.C. 1415.** harum Atrebatum se Regi subjiciat; &  
 vexillis regiis super urbis portas exspli-  
 catis omnes incolæ fidei sacramento se  
 eidem obstringant; Petrus de Lucem-  
 burgo exercitus imperio exauctoretur, &  
 dimissis Burgundi Ducibus regii substi-  
 tuantur; sit generalis præteritarum in-  
 juriarum oblivio, qua tamen non fruan-  
 tur quingenti ex Burgundiæ Ducis fa-  
 ctione nominatim describendi. Pax ita  
 Lutetiæ publicata ad præcipuas regi  
 urbes transmissa fuit. Attamen haud  
 diu firma substitit.

## §. CXXXIV.

*Colloquium Deputatorum cum  
Imperatore.*

*Vander  
Hardt tom. 4  
p. 32.* **D**eputati nuper die vigesima nona elab-  
 opsi Mensis Decembris a Congrega-  
 tione selecti, prima Januarii anni præ-  
 sentis millesimi quadringentesimi decimi  
 quinti conventum agunt, ut cum Impe-  
 ratore deliberarent de mediis, quibus  
 libertas, securitas, bonus ordo, loci com-  
 moditas, alimenta, & Concilii firmitas  
 promoveretur. Horum prudentiae debe-  
 tur, quod, quamvis ferme centum mil-  
 lia peregrinorum Constantiam conflu-  
 rent, atque aliunde hujus Urbis ambitus  
 non admodum spatiofus foret, tamen vix

ullæ audirentur querelæ, quibusvis vi- Sæcul. XV.  
tæ alimoniis justo pretio venalibus, nec A.C. 1415.  
quoquam penuria presso. Constitutis  
politiae œconomicæ legibus Patres ad  
cauſas Ecclesiæ animum adjiciunt, ro-  
gantque Commissarii Cæſarem, ut libere  
adversus Joannem Huffum ipsis agere li-  
ceret, verebantur enim, ne fides publica  
ipsi a Sigismundo data, remoram objice-  
ret, Annuit tamen Imperator eorum vo-  
tis, declaravitque, quod Concilium in  
materiis fidei plena potiretur libertate,  
& juxta S. Canonum præscripta adver-  
sus eos, qui de hæresi notorie suspecti es-  
sent, procederet, eosque secundum sua  
merita, postquam examinati, probatique  
fuissent, judicaret, additque, se commina-  
tiones, quæ in favorem Joannis Huffi  
per libellos in quibusdam locis affixos  
divulgabantur, executioni mandari ve-  
tuisse, sique necessitas posceret, iterato  
prohibitum, ex quo Sigismundum men-  
tem suam mutasse (\*) colligitur.

## §. CXXXV.

(\*) Dici debuiffet, EXPLICASSE, nem-  
pe declaravit Sigismundus, nunquam se datis  
securitatis publicæ literis hæretico convicto, &  
contumaci criminis sui impunitatem concedere  
voluisse, cum hoc alias non solum S. Canoni-  
bus, sed ipsi juri divino summe oppositum  
noffet.

D d 2